BURKHARDUS DE HORNECK · VALESCUS DE TARANTA · ARNOLDUS DE VILLANOVA · PETRUS DE ABANO

Salzburg, 1474-1476 Seite 255v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



annos multos scz centu et vltra / et quanto
antiquior tanto melior vltra reseruatione
alterius medicinalis liquidi **Modus sumendi.**
¶ Est enim modus sumendi iste Reponatur pa-
ciens apostematicus in lecto optime coopertus
vbicumque fuerit apostema non curetur / recipiatur
de ista materia tria coclearia parua / si apos-
tema durauit tertiam uel quartam diem Si ve-
ro a principio receptionis recipiantur duo solum
vel si apostemata multa habuerit / sumatur
iterum tria et mittatur in vinum optimum haus-
tum vnum / et in igne buliant simul · et haustus
iste detur pacienti / quanto calidius poterit
gustare et cooperiatur optime caput 2 omnia
et immediate incipiet sudare / et interiora ca-
lefieri / et artificialis sudor siue crisis eue-
nit et humores predicti resoluentur per poros
venarum / primo et secundo per poros carnis qui
ratione frigiditatis resolui non poterant / xpi
gratia totius morbi superfluitas in sudorem re-
soluetur Nequaquam gustabit potum quamquam
sitiat et sudoribus ex seipsis cessantibus pau-
latine infrigidetur Expost. xij · horis insudatis
et infrigidatis minuat sub talo pedis illius
in femore in cuius inguine iunctura / infla-
tum fuerit apostema Si vero sub ascellis /
uel in collo uel in eodem brachio / teneat se
calide per tres dies uel per quatuor ne multum
ambulans in aere dampnum percipiat / eo quod
interiora calefacta ab humoribus sunt eua-
cuata Custodiendus est diligentissime pa-